



~~Das Jr.~~

~~R~~

17. 20.  
DISSERTATIO  
HISTORICA ET JURISPUBLICI  
*DE*

# VICARISS.R. IMPERII IN ITALIA,

Quam

DEO propitio

P R A E S I D E

*VIRO CLARISSIMO*

## JUSTO CHRISTOPHORO DITHMARO,

HIST. & POLIT. P. P. O.

IN AUDITORIO MAJORI

horis solitis

die VI. Octobris Anno M DCC XXV.

ventilandam proponit

AUCTOR

## CAROLUS JEREMIAS de SONNENTAGEN,

Eques Silesius.

---

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Typis Jo. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

DISSEMINATIO  
HISTORICA ET HIRISBURGII  
VIGARISSARIM PERRI  
IN ITALIA  
LIBERUS ET ERASMO GERMANI  
LUCAS CHRISTOPHORO  
DIEHARDI  
CAROLUS TERRAMIAZ  
SOPHOMYIUS  
ALBONIUS  
TIBURCIUS  
CIPRIANUS  
TIBURCIUS  
TIBURCIUS  
TIBURCIUS



DISSERTATIONIS  
De  
**VICARIIS S. R. IMPERII.**  
IN  
**ITALIA**  
SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| §. I. Dissertationis occasio & argumenti dignitas.                         | §. VIII. & IX. Exempla Vicariorum Generalium.                           |
| §. II. An Pontifices Romani Vicarii sunt in Italia?                        | §. X. Exempla Vicariorum Particularium.                                 |
| §. III. Argumenta eorum & Grossi rejiciuntur.                              | §. XI. De Vicariis perpetuis ad I. Sabaudico.                           |
| §. IV. An Vicariatus Italae Regi Romanorum competit?                       | §. XII. II. Mediolanensi.   |
| §. V. An ordinariis Imperii in Germ. Vicarius? quod negatur.               | §. XIII. III. Mantuano.   |
| §. VI. Objectionibus respondetur.  | §. XIV. Iura pristinorum Vicariorum §. XV. Iura Vicariorum perpetuorum. |
| §. VII. Cui Jus competit Vicarios in Italia constitueri? horumque divisio. | §. XVI. De Vicariatu Serenissimo Principi Eugenio concesso.             |

A

§. I. Quum

§. (2.)

§. I.



Uum Academia Viadrina abiturus specimen aliquod studiorum meorum edere jussus fuerim, atq; de argumen-to sollicitus nuper legerim, Serenissi-mum Sabaudiæ Principem ac fortissi-mum Heroëm, EUGENIUM, ab Au-gustissimo Imperatore *Carolo VI.* ditio-num Austria-carum in Italia Vicarium generalem constitutum fuisse, hac oc-casione, quæ Vicariorum in Italia, ex quo (a) hæc Regno Germanico accesfit, fuerit ratio, paucis exponere, tanto magis operaे pretium duxi, quod insigne hoc Juris publi-ci caput nondum satis excussum (b), atque extra omnem controversiæ aleam positum esse videatur.

(a) Misfis Vicariis in veteri Romanorum Imperio, de quibus, si placet, vid. *Notit. Imp. Orientis c. 122. & Occidentis c. 45. & 57. Tit. Cod. de Officio Vicarii.*

(b) Evidem occasione interregni, quod post Divi Imperatoris Josephi I. obitum exitit, Generosissimus Vir D. GERLACUS ADOLPHUS de MÜNCHHAUSEN, Eques Thuringicus, in Academia Jenensi Dissertationem de *Vicariatu Italiae* publicavit; ast supersunt adhuc, quæ circa hoc argumentum penitus expendi merentur.

§. II.

Ex quo Pontifices Romani, pace, post diuturnum illud bellum inter Imperatorem & Sacerdotium, cum Henrico V. facta (a) se una cum reliquo Clero Imperatorum Jurisdi-ctioni subtraxerunt, ipsum mox Imperium suo beneficio ab Imperatoribus posideri, atque post illorum obitum Imperii

perii administrationem, dum novus Imperator suo consensu fuerit constitutus, ad se devolvi in primis HADRIANUS IV. (b) INNOCENTIUS III. (c) CLEMENS IV. (d) BONIFACIUS VIII. (e) CLEMENS V. (f) JOHANNES XXII. (g) atque BONIFACIUS IX. (h) contendere runt, eorumq; causam, dubito an serio, GROTIUS quoque egit (i).

(a) Belli istius descriptionem, atque Pacis, qua illud inter Henricum V. & Calixtum II. compositum fuit, tabulas v. in vita Gregorii VII. P. R. qui illas turbas moverat, & Hist. belli inter Imperium & Sacerdotium à Clarissimo Dn. Præside editis.

(b) Litteris enim, quas ad Imperatorem Fridericum I. Barbarosam per Legatos misit, inter alia, teste Radevico de Gestis Frid. I. cap. IX. &c. scripsit: *Debes glorioissime Fili! ante mentis oculos reducere, quam gratauerit & quam jucunde alio anno Mater Tua SS. Romana Ecclesia Te suscepere, quanta cordis affectione tractaverit, quantam Tibi dignitatis plenitudinem contulerit & honoris, & qualiter Imperialis insigne corona libentissime conferens, benignissimo gremio suo, Tua sublimitatis apicem studuerit confovere, nihil prorsus efficiens, quod Regie voluntati vel in minimo cognoscet obviare.* Neque tamen penitet nos desideria Tua voluntatis in omnibus impleuisse, sed si MAIORA BENEFICIA, Excellencia Tua, de manu nostra suscepisset, si fieri posset, considerantes quantum Ecclesia Dei & nobis per Te incrementa possint & commoda prouenire. Alterum quoque Legatorum, cum Ordines Imperii ægre tulissent literas illas, haud erubuisse dicere: *A quo ergo habet, si a domino Papa non habet Imperium?* refert idem Scriptor cap. X.

(c) Is post Philippi Imperatoris obitum Vicarium se Imperii esse contendit, atque cum Cap. 10. X. de foro Comp. prohibuisset, ne Laicus Laicum in causa civili coram iudicio Ecclesiastico conveniret, addit: *liceat tamen ipsis, qui sub iisdem Consulibus taliter duxerint contendendum, si se in aliquo senserint prægravari ad tuam (sic ut hactenus servatum est) vel ad*

- nostram, si maluerint audientiam appellare, hoc presertim tempore, quo VACANTE IMPERIO ad Iudicem secularem recurrere nequeunt, qui a superioribus in sua justitia opprimuntur.
- (d) Qui interregni, quod vulgo Magnum dicunt, tempore Carolum Andegavensem Vicarium imperii in italia constituit, atque in Diplomate apud RAYNALDUM a. 1267. Clemens, inquit, charissimo in Christo filio, Carolo, illustri Regi Sicilia salutem, & cum Te in partibus Thuscie, Romana subiectis imperio nunc vacanti pacis constituerimus per nostras sub certa forma literas, Servatorem, in eisdem Tibi PACIARII (Vicarii) seu pacis servatoris officium committentes &c.
- (e) Qui, cum Albertum I. imperatorem agnoscere nollet, Vicarium in Italia constituit Carolum Valesium, atque in Diplomate apud eundem RAYNALDUM ad An. 1301. unde, inquit, cum fratribus nostris habita deliberatione matura, attendentes quod Romanum vacat imperium, cuius ad nos, presertim hoc tempore pacifica conservatio dignoscitur pertinere: dilectum filium, nobilem Virum, Carolum, natum claræ memorie Philippi Regis Francorum, Comitem Andegavensem, de cuius strenuitate, armorum experientia, & bonitate confidimus, CONSERVATOREM PACIS in ea parte ipsius Thuscie, que praedicto imperio subjacet, de fratrum eorundem consilio duximus deputandum.
- (f) Hic quoque post Henrici VII. obitum sententiam ejus adversus Robertum Apuliae & Siciliæ Regem declaratus initam, Clement. II. in f. de Sent. & Re judic. Nos, inquit, tam ex superioritate, quam ad Imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua VACANTE IMPERIO, Imperatori succedimus, ac nihil minus ex plenitudine potestatis, quam Christus Rex Regum & Dominus Dominantium nobis licet immeritis in persona Beati Petri concessit, sententiam & Processus omnes prædictos, & quicquid ex eis consecutum est, vel occasione ipsorum de Fratrum nostrorum consilio, declaramus suisse, ac esse omnino irritos & inanes.
- (g) Is Ludovicum Bavaram legítimum Imperatorem agnoscere noluit, atque vacante Imperio, Vicariatum Extrav. Tit. V, ne sede vacante aliquid innovetur, sibi adseruit, atque

atque excommunicationem iis, qui Vicarios se gerent, minatus, sane, inquit, in nostram & Fratrum nostrorum deductum fama divulgante notitiam, quod luet de Jure sit liquidum & ab olim inconcusse fuerit servatum, quod vacante imperio sicut & nunc per obitum quondam Henrici Romanorum Imperatoris vacasse dignoscitur, quum in illo ad Secularem judicem nequeat haberi recursus, ad summum Pontificem cui in persona Beati Petri, Terreni simul & Cœlestis Imperii jura, Deus ipse commisit, Imperii predicti Jurisdictio, regimen & dispositio devolvuntur, & ea ipse (durante ipsius vacatioine Imperii) per se vel per alium seu alios exercuisse noscitur in imperio memorato &c.

(b) Hunc exauktorato Imperatore Wenceslao Vicariatum Imperii sibi vindicasse, ejusque jure Ludovici Caroli VI, Regis Gallie Fratris, pacta nuptialia cum Valentina Principe Mediolanensi, atque successionem in Sacerdotio Ducatu extintis heredibus masculis confirmasse, refert GUICCIARD. lib. IV. in pr.

(c) lib. II. c. X. §. II. I. B. & P. ubi Regnum Italie atque Imperium Romanum a Pontifice & Populo R. in Carolum M. vult translatum fuisse, & n. 4. *Hac quoque, ait, approbatio per Episcopum edici & solenniter testata fieri peculiariter coronatione solebat;* quare ex electione septem Principum, qui Germania corpus referunt, qui lectus est Ius habet imperandi Germanis secundum eorum mores: ex approbatione vero populi Romani fit idem Rex, aut, Imperator Romanus, aut ut historici saepe loquuntur, Rex Regni Italie, atque eo titulo sub se habet quaecunque populi Romani fuerint, neque passionibus aut derelicti occupatione aut victoria jure in aliorum populorum imperium concesserunt. Unde illud quoque intelligi facile potest, quo Iure Episcopus Romanus VACANTE IMPERIO Investituras tribuat Fudorum Imperii Romani, quia scilicet in populo Romano tali tempore libero, prima obtinet.

### §. III.

Uti vero, quæ de Summa Petro ejusque Successoribus à Christo in secularibus quoque concessa potestate, hujus-

hujusque perpetuo usu, a Pontificibus Romanis in adductis locis prætexuntur, parum firmo nituntur talo (a), atque Imperium Romanum, omneque in Italiam Jus, a Pontifice civibusque Romanis, in Carolum M. translatum fuisse, contra omnem historiæ fidem (b) a Grotio asseritur: Ita Imperatores Imperiique Ordines suam libertatem ac supremum suum in Italiam Imperium, acerbis (c) quandoque decretis, merito vindicarunt; ut taceamus cordatiores (d) in Ecclesia Romana viros, qui illam Pontificum Romanorum quorundam arrogantiam palam scriptis suis improbare haud sunt veriti.

(a) Agnoverunt illud ipsius Ecclesiæ Romanæ veteres & recentiores scriptores, quorum magnum numerum retulit Auctor, qui sub titulo JOH. FRANC. ALBANI nomine *Nenias Pontificis de Jure Reges appellandi* 1706. edidit. Inconscie autem, ut Johannes XXII. l. c. dicit, servatum fuisse, ut vacante Imperio jurisdictio ad Pontifices fuerit devoluta, nullo exemplo probari poterit.

(b) Ut jam dudum CONRINGIUS de *Imp. Germ.* Frid. SPANHEMIUS dissertat. *de ficta collatione Imperii in Carolum M. per Leonem III. Rom. Pontif. oper.* T.II. p. 557. FRID. GRONOVIUS iu Not. ad Grotium l. c. PER-ILLUSTR. à COCCOEJI I. P. cap. VI. aliique docuerunt, atque Longobardia Regnum Jure victoria, Exarchatum vero, quo & Roma comprehensa fuit pacto cum Orientis Imperatoribus pariter ac Patriciatus dignitate in illa urbe, Carolum M. aquisivisse satis abunde monstrarunt.

(c) Cum Hadrianus IV Imperium BENEFICIUM suum appellasset, vid. §. *prac. lit.* (a) Ordines imperii id ipsi vehementer reprobarunt, atque literis ad ipsum apud Radevicum l. c. c. X. Certe, scripserunt, *ad vocem illam nefandam & omni veritate vacuanam non solum Imperialis majestas debitam indignationem concepit, verum omnes Principes, qui aderant, tanto*

tanto furore & ira sunt impleti, quod sine dubio illos duos iniquos  
 Presbyteros mortis sententia damnassent nisi hoc nostra intercepisset  
 præsentia - - - cumque per Electionem Principum a solo Deo  
 Regnum & Imperium nostrum sit, qui in passione Christi, Filii sui  
 duobus gladiis necessariis regendum orbem subjecit, cumque Petrus  
 Apostolus hac doctrina mundum informaverit; Deum timete, Regem  
 honorificate: quicunque Nos Imperiale Coronam pro beneficio à Do-  
 mino Papa suscepisse dixerit, Divina institutione & doctrina Petri  
 contrarius est & mendacii reus existit. Quibus admonitus Adri-  
 anus sententiam suam revocavit, literis blandioribus  
 ad Imperatorem scriptis, quas RADEVICUS cap. XXII.  
 exhibit. Quam etiam Ludovicus Bavarus, & Imperii Or-  
 dines Iura sua adversus Iohannis XXII molimina  
 vindicarint, pater ex Decreto ipsorum Renseano apud  
 LEIBNITIUM Cod. Juris Dipl. p. 148. ut & ex Epistola ad  
 Clementem VI. scripta ap. HENRIC. REBDORFIUM in  
 Annal. ad A. 1339.

(d) WILHELMUM OCCAMUM, MARSIL. PATAVINUM  
 aliosque, quorum scripta aduersus Pontificem Roma-  
 num in illa circa supremum imperium contentione edi-  
 ta collegit GOLDASTUS in *Monarchia Imp. T. III.*

## §. IV.

Neque illis Iurispublici Doctoribus, qui (a) Regem  
 Romanorum Vicarium generalem esse contendunt, adsti-  
 pulari possimus. Sive enim Is impropriam & delegatam (b),  
 sive, quod verius est, propriam habeat potestatem, absque  
 tamen expresso Imperatoris mandato exercere illam non  
 (c) potest, quo demum contingit, ut tam proprio quam  
 vicario nomine imperium administret (d).

(a) SCHILTER. *Inst. IUR. PUBL.* lib. I. Tit. 17. §. I. VITRIAR.  
 lib. I. Tit. II. §. 2. RUMELINUS ad A. B. aliquique plures,  
 quos Pfeffing in *Not. ad Vetriar.* refert.

(b) ut BOECLERUS *Not. Imp.* lib. IV. 2. CARPZOV. de *lege*  
*Regia* cap. XI. sect. 3. & 4, aliquique existimant.

(c) ut

- (c) ut Per - Illustr. a COCCEJI J. P. c. VIII. §. 28. existimat, pluribusque ex Titulo Majestatis, Plenitudine potestatis, quæ Regi Romanorum in Imperii Legibus tribuntur, multisq; argumentis aliis confirmavit Illustr. Baro de LYNCKER diss. de *Rege Romanorum*.
- (d) Quod Reges Romanorum in Capitulationibus suis cavere solent, atque Divus Imperator JOSEPHUS Capitulationis sua Art. XLVII. sic promisit: Wir sollen und Wollen uns auch zu keiner Regierung oder Administration im Heil. Röm. Reich so lang Ihr Kaiserl. Majestät im Leben / oder nach Dero Tod (welchen Gott lang verhüten wolle) zu Präjudiz der Reichs vicarien/ welche immittels die Reichs Administration führen/ die Expedition aber in unserem Namen verfügen sollen / unterziehen/ bis wir daß achzende Jahr unsers Alters erreicht und angefangen haben.
- (e) Ferdinandus enim, ex quo Imperator Carolus V vices suæ ei commiserat, in *Recess. Imp. 1542. §. 3.* Im Nahmen Ihr Kaiserl. Majestät und für uns selbst & §. 102. von Röm. Kaiserl. und Königl. Majest. und vollkommenheit/ in *Recess. 1557. §. 3.* an statt der Röm. Kaiserl. Majest. auf für uns selbst C. G. O. pr. pref. & s. i. Kraft berührter zu Kaiserl. Majest. heimstellung/ auch für uns selbst als Römischer König gebierhend. vid. pluribus Illustr. a COCCEJ. LYNCKER. l. c. & HENNING. in *Medit. ad Capitul. Josephi Art. cit.*

### §. V.

Sunt præterea, qui (*a*) Vicariorum (*b*) Regni Germanici potestatem in Italiam, ceterasque Imperii Rom. Germ. ditiones omnes, ideo se extendere censem, quod Imperii nomine potestatem suam exerceant, atque alias Italia exempta sit a suprema Imperii Jurisdictione, ac denique Vicariatus Italiae ad Imperatoris absentiam se tantum referant, quo autem mortuo, Vicariatui Germanico subjiciantur; quibus vero, ut adsentiamur, impetrare a nobis haud possumus,

mus, atque sententiam ducimus præferendam illorum (e)  
qui Vicariatus Germanicos intra Regni Germanici limi-  
tes (d) esse restrictos, neque vel in Italie vel Arelatense Re-  
gna (e) se porrigitere ac extendere existmant.

(a) JUST. SINOLT. SCHÜTZ Coll. publ. P. I. diss. V. §. 9. DIETE-  
RICUS ad A. B. illustr. a LUDWIG Erleuterung der Gülden-  
nen Bulle Tit. V. §. 1. p. 519. Ampliss. GRIBNERUS diss. de  
Furibus Vicariorum Imperii §. 37. laudatus Dn. de Münch-  
hausen diss. cit.

(b) Puta Comitis Palatini & Electoris Saxoniae, de quibus vid.  
A. B. Tit. V. & Clarissimi Dn. Præsidis dissert. de Vicario-  
rum Imperii origine & progressu.

(c) LIMNEI ad Capit. Caroli V. art. 3. STRAUCH. instit. Ju-  
rispubl. lib. I. c. II n. g. Perillustr. a COCCEJI c. XVI. §. II  
LYNCKERI ad A. B. VITRIARII lib. I. II. 6. SWEDERI  
P. II. S. I. c. 33. §. 2. TITII lib. V. c. ult. §. 40. HENNING.  
ad Capit. Josephi Art. IV. Illustris. jud. Imp. Aul. Vice  
Præsidis Comitis de WURMBRAND de Foro Imp. Princip.  
P. 30. FRID. LUDOV. de BERGER animadv. ad Coc-  
ceji J. P. c. V. n. 4. & XVI. §. II.

(d) Fines enim utriusque Vicariatus in A. B. Tit. V. §. 1. de-  
finiuntur, atque de PALATINO §. 1. sic constituitur: quo-  
ties insuper, ut præmittitur, Sacrum vacare continget Imperium illu-  
stris Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperii Archidapifer ad ma-  
nus futuri Regis Romanorum, in partibus Rheni & Sue-  
viae & in jure Franconico ratione Principatus seu Comitatus  
Palatini privilegio esse debet Provisor ipsius imperii: De SAXO-  
NICO autem §. 2. Et eodem Iure Provisori, illustrem Ducem  
Saxonie, Sacri Imperii Archimareschallum frui volumus in illis lo-  
cis ubi Saxonica jura servantur, sub omnibus modis & conditioni-  
bus sicut superius expressum est. Quæ vero ditiones per partes il-  
las Rheni, & Sueviae locaque Iuris Franconici & Saxonici  
designentur, valde controvertitur. Goldastus, quem alii  
plerumque sequuntur, extra Germaniaæ fines illa extendit,  
atque in Prefat. P. I. der Reichs-Sätzung p. 6. de Palatino  
sic scribit: der Kaiserl. hohen Reichs-Pfaltz oder Chur-Pfaltz  
B seynd

seynd unterworffen / und darzu gehörig gewest alle lande in der  
 Sächsischen Pfalz nicht begriffen / nicht allein der Nothweilische  
 hoff Gerichts Circel / mit seinen Kreisen / welches Hoff Gerich-  
 tes Oberster Richter ist der Thurfürst am Rhein / dadurch daß  
 verstanden wird ganz Schwaben und Franken / sondern auch  
 der Donau Strom bis an die Hungarische Gränzen / mit  
 Tirol / Cärnthen / Bayern / Oesterreich / der Rheinstrom von sei-  
 nem Ursprung und Anstoß der Lombardischen Gränzen hinab /  
 bis an das Britannische Meer / mit Graubunden / Schweizer-  
 land / Wallis / Savoyen / Burgund und was in dem Arelati-  
 schen Reich herwartz der Rhonen / item Lothringen / der ganze  
 Deutsche Rhein / mit allen Thür- und Fürstenthümern Städ-  
 und Herrschaften / samit allen Niederlänen / das ist tota Ale-  
 mannia & Franconia Orientalis. De SAXONICO  
 der Sächsischen Reichsr. Hohen Reichs Pfalz seynd unterwor-  
 ffen gewest / nicht allein die Sächsische Lande und Fürstenthü-  
 mer / Geistliche und Weltliche / wie die erzehlet werden im  
 Sachsen Spiegel im Anfang der Vorrede lib. III. art. 62.  
 dem Schwaben Spiegel lib. II. c. 43. §. 5. sondern auch alle  
 Fürstenthume / denen Sachsen Recht von Römischi Kaisern  
 und Königen seynd gegeben und auferlegt worden: Als da-  
 seynd Pohlen / Böhmen / Mähren / Schlesien / Laufnitz / Sla-  
 den / Wenden / Schleswig / Holstein Stormarn / Ditzmaren /  
 Pommern / Reusen / Liefland / Lithau / Moscou / Samojitien.  
 In allen landen hält man Sachsen Recht / und solle aus ihnen  
 an Sachsen adpelliret werden. Derowegen seynd auch alle diese  
 Königreiche Fürstenthümer und Länder dem Sächsischen Vic-  
 riatur unterworffen. Ut vero multis hac scatent errori-  
 bus, ita cum aliis sub partibus Rheni & Suevia Sueviam, ex-  
 ceptis ditionibus, quæ ad Austriacos ibi pertinent, ter-  
 rafq; ad Rhenum superiorem & inferiorem sitas; Iure au-  
 tem Franconico Provinciam Franconiz, exemptis sic a Vic-  
 riatur Palatino Bavaria, quippe quæ proprio Iure usa fuit  
 & privilegio peculiari, Archiducatu Austria: Per lo-  
 ca vero Iuris Saxonici illas Germaniaz ditiones intelligi-  
 mus

mus, quæ jure Saxonico antiquo usq; fuerunt; terris,  
quæ vel Ius Saxonum nunquam receperunt, vel singularibus Privilegiis gaudent a Vicariatu Saxonico pariter liberis, ut pluribus Perilluстр. Viri a COCCEIII. c. & LUDWIG in A. B. l. c. aliquie jam docuerunt. Unde constat tantum abesse, ut Vicariatus illi in Italiam se extendant, ut nec tota quidem Germania illis sit subiecta.

(e) Cum ex finibus Vicariorum intra Germaniam restrictis, ut lit. prec. ostensum, tum propter diversam istorum regnorum rationem, propriosque ac perpetuos in illis, constitutos Vicarios, quare GOLDASTUS Vicarius Germaniæ, et si quam latissimos fines iis assignaverit, in Italiam tamen eos extendere haud ausus est. Ipse quoque illustris a LUDWIG Regnum Arelatense a Vicariatis Germaniæ propterea disto libro. p. 509. excipit, ac quando Italiam p. 520. eisdem subesse vult, sibi haud videtur constare, quippe cum hoc casu par sit Italæ & Regni Arelatenfis ratio.

## §. VI.

Neque obsunt, quæ in contrariam sententiam adducuntur rationes. Etsi enim uterque Vicarius Imperii (a) nomine exerceatur, ad omnes tamen ejus ditiones illi se propterea haud extendunt, quia intra certas Germaniæ terras restricti sunt. Neque vel Italia, vel Vicarii ejus, quando à Vicariatis Germaniæ liberi esse dicuntur, sui Juris fiunt, sed æquè ac Vicarii Germaniæ supremam Imperii (b) Jurisdictionem agnoscere debent. Nec præterea Vicarius Italiae ex quo perpetui & hereditarii facti sunt, absentiam Imperatoris solum respiciunt, sed eo mortuo quoque continuari (c) omnino dicendum est. Quod vero denique affluit, terras alterutro Vicariatu haud comprehensas, utrius (d) simul esse subjectas, vereor, ut vel ex Imperii Legibus, vel usu probari possit.

- (a) A. B. Tit. V. §. 1. & 2. ubi quidem *Provisores Imperii*, Verweser des Reichs vocantur, sed quoq; simul additur, in denen Rheinischen Landen und Schwaben/ und sonstwo Frankenländischs Recht gilt/ & §. 2. an solchen Orthen wo Sachsen Recht im Gebrauch ist/ uti & Vicarius Ducis Sabaudia in Capit. Josephi Art. IV. & Caroli VI. Art. XXVI. vocatur ein Reichs Vicariat, Etsi ne in tota quidem Italia exerceatur.
- (b) Ut enim, quando inter Vicarios Imp. Germ controversia in causa Vicarius oriiretur, procul dubio in Comitiis Imperii ea dirimi deberet, ita in simili casu Vicarii quoq; Italiaz eidem Iudicio forent obnoxii.
- (c) Par ratione ac Vicarius Saxonius & Palatinus.
- (d) ut contendit laudatus GRIBNERUS dissert. de *Terris Iuris Saxonici*. §. 22.

## §. VII.

Italiam itaque Jure, quod in eam a Carolo M. Germanis (a) quæsitum, ab Ottone autem vindicatum fuit, omnique tempore salvum mansit, Imperatores per *Vicarios* (b) primum TEMPORARIOS vel *generales* vel *particulares*, ac deinceps PERPETUOS gubernarunt, hodieq; adhuc regere solent.

- (a) Sibi enim, vel Franco - Gallis Carolum Italiam acquisivisse, argumentis, quæ adducuntur, perfvadere nobis haud possumus. Etsi enim Franci in Galliam fuerint progressi, Regno tamen *Francia Germanica*, quod in Germania ortum suum habuit, atque in illa adhuc substitut, Gallia pariter ac Italia accesserunt, mansitque etiam Italia cum *Francia Germanica*, vel saltem primaria ejus provincia Rhenensi semper conjuncta; eoque Jure factum, ut Henricus Auceps, teste Wittichindo lib. I. p. 64r. eam ab usurpatioribus afferere voluerit, idque dein filius Otto I. executus fuerit. Vid. Per-illustr. a COCCEI J. P. c. VI. §. 17.
- (b) Qui Missorum, *Judicum*, *Capitaneorum*, *Potestatum Imperiorum*, *Legatorum* & *legationum*, *Stratigorum*, *Anthypatorum*  
Recto-

*Rectorum, Procuratorum nominibus apud Scriptores adpe-  
ari solent, via DU FRESNE in Glos. sub illis vocibus.*

§. VIII.

Cum vero integrum pristinorum in Italia Vicariorum hi-  
storiam tradere, nec temporis ratio patiatur, nec præsens  
noster scopus sit, quædam solum tam Generalium quam  
Particularium Vicariorum exempla nunc adduxisse suffi-  
ciet. Quod ergo ad GENERALES primum, qui vel toti Ita-  
liae, vel magno ejus tractui præfecti fuerunt, Vicarios atti-  
net, in illorum numerum referendi sunt sub Carolo M. ERLI-  
CUS (a) sub Ludovico I. Adelhardus (b) sub Ottone I. MARIA-  
NUS (c) sub Ottone III. HUGO (d) sub Ottone IV. BER-  
THOLDUS (e) sub Friderico II. UBERTUS PALLAVICIN-  
NUS (f) MARINUS de EBULO (g) PANDULPHUS (h),  
cujusmodi Vicarii sub Alphonso quoque mentio fit in lite-  
ris, quibus Pisani per Syndicum suum fidem illi promis-  
erunt (i).

(a) Quem EGINHARTUS in vita Caroli M. c. XIII. Du-  
cem Forojulii, AVENTINUS vero lib. IV. Venetia & Hi-  
striae præfectum appellat.

(b) de quo Annales Laurishamenses ad a. 823, Lotbarius cum secundum  
patris iussum in Italia iusticias ficeret, Papiam regressus, mense Junio  
ad Imperatorem venit: qui cum Imperatori de iustitia in Italia a se  
partim facta, partim inchoata fecisset iudicium, missus est ADEL-  
HARDUS Comes Palatii, jussumque est, ut Mauringum Brixia Co-  
mitem secum assumeret & inchoatas iusticias perficere curaret. Au-  
tor Translationis S. Viti Sec. IV. Bened. p. 529. de eodem  
dicto, ait Abbat. (Adelhardo) illo in tempore commissa erat  
cura maxima, videlicet, ut Regnum Longobardicum gubernare debe-  
ret, donec Filius Pipini, Bernhardus nomine, cresceret. Imo ipse  
jam Caroli se MISSUM vocat ap. MABILLONIUM Musi  
Italici T. I. p. 54.

- (c) Post Lotharium I. cuius MISSORUM frequens mentio occurrit, Ludovicus II. Papix sedem Regiam posuit, ac ipse Reipublicæ curam gesit, cuius rei exempla referuntur a MABILLON. de *Re Dipl.* lib. VI. p. 421. Carolum dein Calvum, ut Imperio potiretur, removisse a Romanis REGIAS LEGATIONES refert EUTROPIUS *Tr. de Jure ac Privilegio Imp. in Imper. Rom.* Post quæ tempora Italiam usurpatores occuparunt, a quibus cum Otto I. eam vindicasset, mentio fit Vicarii MARIANI, de quo LEO OSTIENSIS lib. II. Chron. Per idem tempus a MARIANO Imperiali Anthypato & Stratigo Calabria atque Longobardia preditus Abbas sigillum recepit. Per Anthypatum vero & Stratigum intelligi Praefectum Regioni, indicat DUFRESN. in illis voc.
- (d) De quo Otto imperator in Epistola ad Gerbertum n. 158. *Epistol. Gerbert.* p. 690. Hugonem, ait, Tuscum vobis per omnia fidum Comitatibus Spoletanis & Camerinis praefectum, cui Otto Comitatus, qui sub lice sunt vestrum ob amorem consulimus ----- Hugonem nostrum Legatum (italis) ad praesens praefecimus, ut populi Rectorem habeant & Vobis ejus opera debita servitia adhibeant. Ceterum Hugonem istum perpetram inter Marchiones Brandenburgenses referri, docuerunt Clarissimus DN. PRÆSES Exercit. Francof. T. I. fet. II. & in nuperrima diss. de Initiosis Marchie Brandenburgensis a variis erroribus vindicatis, ut & illuстр. GUNDLING P. XXI. Gundlingianorum
- (e) De quo & aliis simul in vita Friderici II. P. de Vineis Epistolis praefixa Otto, dicitur, terras Sabaudia ingressus, eas in potestatem suam redigit: & Pontifice invito, Romaniam cum patrimonio Mathildis Salinqua Ferrarensi, Marchiam Anconitanam Azoni Astensi, & Ducatum spoletanum cuidam BERTHOLDO CAPITANEO suo dedit.
- (f) Imperii hunc per Longobardiam Vicarium generalem fuisse, patet tum ex Henrici VII. Diplomate A. 1313. apud LOCATUM Orig. Placent. ad A. 1256. ubi Sacri Imperii in Lombardia, GENERALIS VICARIUS appellatur; tum LUDOV. CAVIT. Annal. Cremon. A. 1253. ubi, Anno. ait, subsecuto

secuto **UBERTUS PALLAVICINUS** fuit creatus **Prætor Placentia** & **Rector perpetuus Gibellinorum.** **Ubertus itaque Pallavicinus VICARIUS IMPERIALIS** in Gallia Cisalpina &c. Derebus vero ab ipso gestis vid. MON. PAD. ad A. 1252.

- (g) De quo P. DE VINEIS lib. V. Epist. 126.
- (h) Quem Tuscia præfetum fuisse, refert **AUCTOR Vita Friderici** ll. Illi vero ejus Imperatoris filium naturalem Fridericum, Antiochia Principem, in vicariatu isto fuisse substitutum, patet ex Epist. Imperatoris apud P. de VINEIS lib. III. Epist. 9. quæ inscribitur: *Florentinis, ut obedientiā filio suo, quem mittit eis in POTESTATEM. Thoma de Mar infuper Vicarii Generalis in Romania, P. de VINEIS lib. v. Epist. 46. ut & Gevardi de Saxonia & Simeonis Theatini, Vicariorum, MON. PAD. 1236. meminerunt.*
- (i) Refert illos ex **PAUL. TRONC. Annal. Pisani** illustr. **GUNDLING.** de Jure August. Imp. & Imp. in **Magnum Etruria Ducatum** §. XL. quibus Syndicus Pisaniorum Alfonso promittit, quod commune Pisarum non erit in consilio, & consensu, vel facto, quod *Vestra Majestas, vel Filius Vester, vel VICARIUS vester in Italia, vel Capitanus vester in Toscana sive nuntii, arque Officiales perdant vitam &c.*

### §. IX.

Neque minus post interregni tempora Imperatores jura Imperii in Italia per eiusmodi Vicarios conservare studuerunt, eoque nomine à Rudolpho I. **HENR. FURSTENBERGIUS** (a) **RUDOLPHUS HOHENECCENSIS** (b) **JOH. de AVESNIS** (c), & **PRINZIVALLIS** de **FLISCO** (d), ab Adolpho Nassavico, **JOHANNES CABILONENSIS** (e) ab Henrico VII. **MATTHÆUS M. vice-comes Mediolanensis** (f) a Ludovico Bavaro **CASTRUCCIUSS** de *Antelminellis* (g), & **JOHANNES Rex Bohemiæ** (h), a Carolo IV. **GUIDO de Bolonia** (i), a Wenceslao **JODOCUS Marchio Moravia** (k) constituti fuisse Leguntur.

(a) Ut

- (a) Ut patet ex literis Rudolphi apud LAMBECIUM Biblioth. Vindob. T. III. Addit. 8. & SCHURZFL. Op. Hist. f. 914.
- (b) Is simul cum Henrico Furstenbergio in Italiam missus fuit, ut liquet ex Homagio a Placentinis ab ipsis recepto ap. LOCATUM I. c. ad a 1276. ubi lectis, dicitur, literis Venerabilis Patris Domini Rudolphi, Cancellarii Imperialis Aulae, & fratri Beringarii, Prioris Hospitalis Hierosolymitani per Alemanniam &c. illustris Viri Domini Henrici de Furstenberg. &c.
- (c) Qui Rudolpho, cum is Archi-Episcopus Salisburgensis electus esset, revocato fuit substitutus, memorabili Diplomate quod vide *infra* §. XIV.
- (d) De quo RAYNALDUS ex Jordani MSC. T. XIII. p. 401 ad a 1288. Rex, inquit, Rudolphus VICARIUM mittit in Italiam, Dominum PRIA VALEM de FLISCO &c. Alii Principalem appellant, atque UBERTUS FOLIETA in Clar. Ligur. elogis de eodem, Jacobi, ait, etat & gloria succrevit PRINCIVALLIS FLISCUS, ipse quoque ad summos honores a Rudolpho Casare elatus. VICARIUS enim in Italia IMPERIALIS fuit. Honorii IV. instinetu eum fuisse Vicarium constitutum ab Imperatore, refert MULTIUS, qui sub idem, ait, tempus Honorius IV. ejus nominis Papa, fecit comitem Ianuensem nomine Princiyalem de Flisco Vicarium generalem imperii misitque eum in Germaniam ad Rudolphum imperatorem cum mandatis, ut Rudolphus suum Vicarium confirmaret. Quod fecit in gratiam Pontificis Imperator, quamvis invitus, male enim habebat eum, quod Pontifex hoc jus in imperio sibi arrogabat, alium enim Vicarium Rudolphus maluisser. Hic igitur imperii Vicarius Princiyalla, ubi in Italiam rediit, ingressus Tusciam, vocavit ad se Senenses Florentinos, Lucanos, Pisanenses & alios altiarum civitatum populos, postulatque ab eis juramentum nomine imperatoris.
- (e) Princeps Burgundiæ, de quo HENR. STERO iu Annal. ad A. 1293. Dominum, ait, de Gabilone constituit VICARIUM SUUM & misit in Tusciam, quem Bonifacius Papa favorabiliter recepit. Pontificem vero acceptis a Tuscis 80. milib. Florenor. commovisse Johannem hunc Cabilonensem

fem, ut in Germaniam reverteretur, refert PTOL. LUC-  
CENSIS, in Annal. A. 1296.

(f) Cum Albertus I. brevi imperio impeditus fuerit, quo minus rebus Italiz vacare potuerit, Bonifacio VIII. Vicariatum Italiz sibi interim vindicante, ut supra §. 2. diximus, Henricus VII. jura imperii in Italia strenue iterum adseruit, atque MATHÆUM M. Vicecomitem Longobardis dedit VICARIUM GENERALEM, teste JOVIÒ sub MATTÆO M.

(g) De quo Ludovicus Bavarus in Diplomate A. 1324. apud LEIBNITZIUM in Cod. Dipl. N LXI. Volentes, ait, premissorum obtenu extolle et nomen tuum & te prærogativa speciali magnifice honorare, Vicariatum civitatis Lucane ejusque districtum sex milliarium & suburbanorum vel quasi, & provinciarum, Vallis Nebulae, Ariana & Lune, cum Terris civium Garfagnana, terris que dicuntur Plancorum, Verrucula, Bassorum, & ejus curia, Pontremulo, ejus districtu Lunegiana & omnibus terris sitis ultra & circa aquam Magra, in Lunensi Diœcesi, Massa & Versilia & Valletina: autoritate Regia, nostro & Sacri Imperii Vice & nomine usque ad nosstrum, vel Successoris nostri, Romani Imperatoris vel Regis, per beneplacitum & voluntatem Tibi committimus, & in ipsa civitate, terris & Locis & aliis ante dictis, pro nobis & Sacro Imperio et VicARIUM constituius & facimus GENERALEM. Eodem quoque tempore Vicariatum Pistoriensem illi concescit, de quo vide Diploma l. c. N. LXIII.

(h) Ut refert JOH. VILLANIUS lib. X. cap. 170.

(i) Auctor Vitæ Urbani V. apud BALUZIUM T. II. Act. Vet. Pontif. Avenion. ab Imperatore, refert, GUIDONEM de BOLOGNA, Episcopum Portuensem Cardinalem, discedendo de Italia SUMMUM VICARIUM constitutum fuisse; vid. illustr. GUNDLING. l. c. §. 63.

(k) Hunc Imperatorem VICARIUM suum GENERALEM in Italia, & Ultra montanis partibus constituisse, eique injunxit, ut, cum in terras potestati sue commissas advenisset, diligenter inquireret, quis duorum de Papatu contendentium esset verus Pa-

*p. Bartholomeus an Robertus, & illum quem verum & legitimum Sponsum Sacro-Sanctæ R. Ecclesiæ & B. Petri successorem esse sibi constaret, in verum Papam recipere & protegeret, alterum vero perditum & intrusum expelleret, & ultiore gladio tanquam totius Christianitatis invasorem pesequeretur, refert BALUZIUS lib. cit. T. I. in Notis p. 1200*

## §. X.

Præter vero illos Vicarios generales, ROMÆ (a) FLORENTIÆ, (b) PARMÆ (c) PLACENTIÆ (d) PADUÆ, (e) VERONÆ (f) MEDOLANI, (g) atque in aliis præcipuis Italiæ civitatibus (h) ex quo illæ Pontificum R. favore, supremo Germanorum Imperio se studuerunt subducere, peculiares ab Imperatoribus constituti fuerunt Vicarii, quorum historiam scribere, cum nunc animus nostri non sit, nonnulla tantum eorum exempla retulisse satis ducimus.

(a) Ubi Vicarii Imperatoris Comites Lateranenses fuere dieti, a Palatio, in quo commorabantur, atque Imperatores inaugurarí olim solebant, Laterano. Ejusmodi Comitem Ludovicus Bavarus Castruccium, de quo §. præc. egimus, ejusque heredes masculos constituit, ut patet ex Diplomate Comitiæ Palatii Lateranensis, cum iure assistendi coronationi Imperatoria, ibique certas functiones peragendi, concessa Castruccio A. 1328. apud LEIBNITIUM Cod. Dipl. N. LXIV. Vide quoq; CI. STRUVIUM in Synt. Jurispubl. Diff. XI. §. 15. & seqq. Ex quo autem illi Comites desierunt, Pontificem Romanum in urbe Roma, ac dictionibus Ecclesiasticis Imperii Vicarium esse, putat SCHURTZFL. Oper. Hist. Polit. p. 914. atq; sunt, qui hoc sensu GROTIUM loco §. 2. adducto censem excusari posse; sed vereor ne contra ejus & Pontificum Romanorum mentem.

(b) ubi Fridericus II. Filium suum naturalem, Fridericum Vicarium constituit, literis §. præc. citatis, quibus inter alia

alia Ecce igitur, inquit, dilectum filium nostrum Fridericu[m] de Antiochia ad Civitatis vestra Regimen (cujus inter omnes Civitates Italia attenta nos cura sollicitat & gratia nostra sibi plenitudinem specialius acquisivit) diligente consideratione probabitur, providimus definandum.

(c) Imperator Otto IV. in Diplomate apud UGHELLUM Italia Sacra T. II. p. 175. mandat, ut Parmensis Porestas (vicarius) seu Consul, qui pro tempore fuerit, de Clericis compellendis ad judicium non se intromittat.

(d) Hujus Vicarium tempore Frideric II. fuisse Ubertum Pallavicinum, postea Vicarium generale per Longobardiam constitutum, refert LUDOV. CAVITELLUS Annal. Cremon. a. 1253. *Ubi anno, dicitur, subsecuto Uberrus Pallavicinus fuit creatus Prator Placentie & Rector perpetuus &c. sub Rudolpho I. Alberti Cazanimici, Potestatis Placentinæ in tabulis homagii eidem Imperatori præstiti, mentio fit apud LOCATUM ad a. 1275. Tempore Henrici VII. CONRAD. VECERIUS in ejus vita meminit Gilberti Corregii, Vicarii Parmensis,*

(e) Frideric II. xata Paduanorum Vicarii apud ALBERT. MUSSATUM in Gestis ejus Imp. commemorantur, *Galicianus Lancea, Johannes Padoarius de Venetiis aliquie*

(f) Ibi COMITIS SCALARIS, Vicarii tempore Henrici VII. meminit, CONRAD. VEC. I. c. atq; Comites illos Scalares live de la Scala jam a multo tempore Vicariatum gesisse apud Veronenses pariter, ac Vincentinos Sigismundus Imp. testatur in Diplomate apud Goldastum *Const. T. I. p. 395. quo A. 1434. Brunorium de la Scala ejusq; fratres & heredes, perpetuo Verona & Vincentia constituit, atq; Te, ait, animo liberato, de Principum, Magnatum, Comitum, Baronum & Procerum nostrorum consilio Imperialis quoque plenitudine potestatis ac de certa nostra Scientia ad Vicariatum predictarum Civitatum Verona & Vincentia, ipsorumque Territoriorum, districtuum ac pertinentiarum, sicut prefati progenitores juste tenuerunt & possiderunt, eundem restituimus. Ab illis Comitibus Scalaribus, Scali-*

ri, pater & filius, genus se ducere contenderunt, acerbius vero quam eruditissimi illi Viri meruerunt, excepti a. Scioppio in *Hypobolimeo*.

(c) Hanc tempore Henrici VII. procurasse *Mapheum*, refert VECERIUS I. c. subiectum *Matthao M.* Vicecomiti & Vicario generali per Longobardiam vid. §. *præc.*

(d) Quibus sub Henrico VII. & Ludovico Bavarо Præfectos ALBERT. MUSSATUS in *Henrico VII.* & NICOL. BURGUNDUS in *Hist. Bav.* passim referunt.

## §. XI.

Uti vero Vicariatus Particulares vel Imperatorum Privilegiis (a) abrogati, vel cum Jure territoriali successu temporis commutati fuerunt; ita Sabaudiæ, Mediolanenses, atque Mantuani Duces, Vicariatus generales per Italiam in perpetuum obtinuerunt. Et quod ad SABAUDIÆ Duces attinet, Fridericus II. (b) circa medium Seculi XIII. Thomæ I. Comiti Sabaudiæ, Vicariatum generale in ditionibus ipsius primum largitus fuit, quem Carolus IV. (c) Sigismundus (d) Maximilianus I. & Carolus V. latius extenderunt, atque secuti Imperatores tam Literis investiturarum, quam Capitulationibus (e) suis confirmarunt.

(a) Exemplo Civitatis Florentinæ, quæ magna pecunia summa Vicariatum Imperiale redemit ab Imperatore Ruperto, qui in privilegio immunitatis illius Florentinis concessò apud EDMUNDUM MARTENIUM T. I. *An-*  
*cedor. Cæterum*, ait, *cum rerum experientia doceat, nobiles viros, Piores Artium & Vexilliferos justitiae, populi & communis Florentiæ, qui nunc sunt, vel in posterum in officio præsidebunt, toto tempore, quo talis eorum duraverit magistratus, tam in civitate Florentiæ, quam in Civitatibus, provinciis & locis supra concessis, ac etiam nominandis, REGIOS ET IMPERIALES VI-*  
*CARIOS nostros & imperii sacri irrevocabiliter & generales con-*  
stitui-

stitutimus, facimus & ordinamus, cum administratione plenissima, committentes eisdem plenissime vices nostras, toto tempore vite nostra, nec non & in perpetuum, donec forent expesse per Successores nostros, legitime tamen intrantes, nominatim & specialiter revocati, statuentes & ordinantes, quod dicti Priors & Vexilliferi, Vicarii nostri, vel aliqui alii rectores & officiales ad regimen dicta civitatis & locorum eidem tenore praesentium concessorum, cogi non possint, aut debeant reddere de sue administrationis officio rationem, quam in civitate Florentina & coram judicibus, Magistratu vel Syndicis per eundem populum & commune deputatis ad hoc &c. Quod privilegium etsi Carolus IV. teste SCIP. AMMIR. Hist. Florent. lib. XI. confirmaverit, supremo tamen Imperii in Magnum Ducatum Florentinum Iuri, nihil ita derogatum fuisse, ex ipsis illis tabulis appareat, nuperque illustriss. AUCTOR de la Recherche de la Verite du Memoire sur la Liberte de l' Etat de Florence p. 34. & 35. solidissime docuit.

- (b) Cujus Diploma vide in Append. Dipl. lit. A. Unde Thomas in Dipl. apud Lunig. Reichs-Archiv. P. sp. cont. II. p. 4. Vicarium in Longobardia Domini Friderici se appellat.
- (c) Ejus ut & Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Rudolfi II Matthiæ & Ferdinandi II. Literæ exhibentur in DIAR. EUROP. T. I. p. 712. & LUNIG. I. c.
- (d) Iuxta diploma apud LEIBNITZ. in Cod. Dipl. N. 124.
- (e) LEOPOLDI & JOSEPHI Artic. IV. CAROLI VI. Art. 26.

### §. XII.

Quod ad Vicariatum Mediolanensem attinet, postquam longo tempore Vice-Comites Mediolanenses, Otto  
 (a) Matthæus M. (b) Galeacius I. (c) Aetius (d) Galeacius  
 II. (e) & Barnabas (f) Vicariatum per Insubriam gesse-  
 runt, Imperator tandem Wenceslaus, Mediolanensi Diti-  
 one in Ducatum (g) evecta, perpetuum eum (h) reddi-  
 dit, atque Sigismundus (i) pariter ac Maximilianus I.

(k) confirmarunt.

(a) Huic Imperatorem Rudolphum Vicariatum per Insubriam concessisse, testatur JOVIUS in *Vitis XII. Vicecomitum* sub Ottone. Perpetuum vero illum Vicariatum jam ab imperatore Adolfo factum fuisse, TÖLLNERUS ait, *Hist. Palat.* p. 121.

(b) De quo vide *Supra* §. X.

(c) Vide de ipso JOVIUM l. c. in *Galeacio II. GEORG. MERUL. Antiq. Vice-Comit. Mediol. lib. IX.*

(d) Cujus Vicariatus per Longobardiam diploma exhibet CORIUS *Hist. Mediol.* P. III.

(e) Cui, ut & Fratri Barnabæ Carolum IV. eundem Vicariatum concessisse, refert JOVIUS *lib. cit. in Galeacio II.*

(f) Qui in Recognitionis formula, qua Imperatori Carolo IV. se obstrictum agnoscit, inter Epistolas illius Imperatoris a MADERO cum Gervasii Tilberiensis commentario 1673. Helmstad. editas N. XIII. BARNABAS, scripsit, *comes Civitatis Mediolanensis & Sacri Romani imperii VICARIUS GENERALIS &c.*

(g) Diploma A. 1395. II. Maji Pragæ scriptum exhibit LEIBNITZIUS *Cod. Dipl.* p. 257. in quo licet Vicarius nulla conceptis verbis mentio fiat, omnino tamen Is intelligi debet sub *Terris Oppidis* - - - - - *Omnibusque eorum pertinentiis*, quæ sicuti *predicta* & eorum quilibet latitudo sui Domini comprehendit, Johanni Galeacio in feudum collata fuerunt. Certe sub illo Ducatu comprehensa fuisse omnia loca, quæ Vice-Comitibus olim utpote Vicariis per Insubriam subiecta fuerunt, apparet ex divisione ditionum paternarum facta inter filios JOHANNEM MARIAM, qui præter Mediolani Ducatum, *Laudam, Cremonam, Comam, Placentiam, Parmam, Regium S. Forum Lepidi, Bergomum, Brixiam & qua hinc ad amnum usque Minium, accepit; & PHILIPPUM MARIAM, cui cesserunt Papia, Novaria, Vercellæ, Dertona, Alexandria, Verona, Vicentia, Feltria, Belunum, Bassanum, una cum tractu Tridentino* ad

\* (23) \*

ad eundum usque annum. vid. JOH. BAPT. VILLANOVA  
Hist. Laud. lib. VII.

(i) Ad Hujus Confirmationis Tabulas, ex Archivo Mediola-  
nensi impressas, provocat Doctiss. ZARI in Parma. & Pla-  
cent. imp. § 9.

(k) Quippe qui Prædecessorum suorum Wenceslai & Si-  
gismundi literas investiturarum confirmavit, tribus  
novis literis Clientelaribus LUDOVICO SFORTIÆ,  
Duci Mediolanensi, & Ludovico XII. Regi Galliæ con-  
cessis, quas vide apud LUNIGI. c. P. Sp. cont. i. sub Mediol.  
p. 18. Excellentiss. Virum JUST. HENNING. BOEHME-  
RUM in Vindictis Imperialibus pro Parma & Placentia Ducati-  
bus cap. V.

S. XIII.

Quem etiam Marchiones Montisferratenses & Mantu-  
ani Duces, Caroli IV. (a) Sigismundi (b) aliorumq; Impera-  
torum (c) beneficio, Vicariatum Imperii in ditionibus su-  
is gesserant, Ferdinandus III. demum Carolo III. Duci  
Mantuano in perpetuum (d) concescit, invito Sabaudia  
Duce, qui tempore interregni post illius Imperatoris obi-  
tum ab Electoribus S. R. Imperii impetravit, ut Mantua-  
nus Vicariatus ipsorum (e) decreto, atque in Leopoldi  
(f) Capitulatione iterum fuerit abolitus; quod famen  
injuria sua factum fuisse, Dux Mantuanus putavit, atque  
protestatione publica (g) Jus suum conservare studuit.

(a) Qui ALOYSIUM GONZAGAM primum Vicarium Im-  
perii constituit, testa GUICCIARD. lib. I.

(b) A quo JOH. FRANCISCO GONZAGÆ, Marchioni Man-  
tuano A. 1433. S. R. Imp. Vicariatum in Italia. iridem con-  
cessum fuisse, referunt SPONDANUS T. I. Cont. Annal. Bar.  
ad illum annum. SPENER Op. Herald. lib. I. c. 29.

(c) A Ferdinandio II. tam a. 1624. Ferdinandum Gonzagam  
quam 1631. Carolum II. Nivernensem de eodem Vicari-  
tu fuisse investitum, testantur JEAN de LAET de  
Princ.

Princ. Italia, c. 7 POSSEVIN. Hist. Mant. c. 7. THEATR.  
EUROP. T. II. p. 286. & 48.

(d) Anno 1657, ut referunt Brussonus *Hist. d' Ital.* lib. 24. JOH.  
AUG. PASTORIUS in *Lavro Act. Publ. Europa annis 1657. &*

*1658. emissorum p. 158.*

(e) Vide literas eorum ad Ducem Mantuanum apud PA-  
STORIUM I. c.

(f) ART. IV. *Verbis:* So thun wir auch dasjenige/ was das  
Churfürstl. Collegium jüngsthin unter dato den 4. Junii  
an Ihn (Ducem Mantuanæ) wegen Annulir- und Aufl-  
hebung des/ dem hauf Savoya zu Nachtheil unterfangenen  
Käyserl. Reichs, Vicariats und Generalats in Italien/  
geschrieben/ hiemit allerdingz einwilligen und bestätigen/ der-  
gestalt/ daß wir ob desselben begriff festiglich halten und die  
Herzogen von Savoya, ben Ihrer in Italien habenden Vi-  
cariats Gerechtigkeit und Privilegien/ gebührend schützen  
und handhaben wollen. Quæ in *Capit. JOSEPHI Artic.*  
IV. & CAROLI VI. Art. XXVI. confirmata fuerunt.

(g) Quam vide apud LONDORP. Act. Publ. T. VIII. p.  
367. LUNIGIUM Reichs, Archiv. Part. Spec. Contin. II.  
P. 697.

#### §. XIV.

Jura pristinorum ac particularium Vicariorum in  
Italia, a Günthero Poëta (a) breviter exposita, pluribus  
tum ex Rudolphi I. diplomate, quo Johannem de Aves-  
nis Vicarium imperii per Tusciam constituit (b) tum ex  
literis Investiturarum Castruccii (c) & Brunorii de la  
Scala (d) cognosci possunt.

(a) Ita enim ille in *Ligurino suo lib. IX. ap. Reuber.*  
p. 415.

*Inde per Etruscas Legatos destinat urbes*

*Campanasque Domus & quas in littore curvo,*

*Æquorei lavat unda salis: Qui debita Fisco*

*Jura verusta petant, per quos statuantur in omni*

*Urbe Magistratus, & civica queque potestas.*

Quæ

Quæ autem Fisci hæc jura seu Regalia fuerint, exponit RADEVICUS de Rel. Frid. lib. I. c. 41 ubi Mediolanenses in gratiam Cæsaris, his inter alia conditionibus, recipiuntur: REGALIA, veluti monetam, telonium, pedaticum, portus, comitatus & alia similia, si quæ sunt, commune Mediolanensem dimittere. IDEM lib. II. c. 5. de Actis A. 1158. in Campus Roncaliis deinde, ait, super justitia Regni & de Regalibus, que longo jam tempore seu temeritate pervadentium, seu neglegitu Regum, Imperio deperierant, studiose differens, cum nullam possent inventire defensionem excusationis, tam Episcopi quam primates & Civitates uno ore, uno assensu, in manum Principis Regalia reddidere, primum resignantium Mediolanenses exittere. Requisitiq; de hoc ipso Jure quid esset, adjudicaverunt, Ducatus, Marchias, Comitatus, Consulatus, Monetas, Telonia fodrum, Vectigalia, portus, pedatica, molendina piscarias, portus, omnemque utilitatem ex decursu fluminum provenientem: nec de terra tantum, verum etiam de suis propriis Capitibus census anni redditionem.

(b) Integrum diploma vide in Append. Dipl. lit. B.

(c) De quo Ludovicus Bavarus in diplomate Vicariatus in Civitate & districtu Luca, cuius jam supra §. IX. lit. (g) mentio facta, concedentes Tibi, ait, plenariam Jurisdictionem in omnibus predictis, Civitate terris & locis, ut possit inquirere & punire, & Jurisdictionem sanguinis cum merito & mixto Imperio exercere, in genere & in specie, per te vel alium aut alios, cui vel quibus ipsam jurisdictionem commiseris exercendam, recepto primitus a te juramento, quod ipsam jurisdictionem fideliter exerceras, nulli parendo vel contra iustitiam offendendo, vel jus suum cuique tribuendo, volentes per banc concessionem nostram in praemissis omnia & singula Tibi esse concessa, quorum speciali Commissionem fieri oporteret & qua in generali commissione non inteligerentur commissa, nisi de ipsis mentio fieret specialis. Paribus quoque Juribus ac verbis idem Castruccius Vicarius Pistoriensis fuit constitutus, diplomate eodem §. IX. jam commemorato. De juribus vero Comitatus Late ranensis, qui in Urbe Roma, ut supra §. X. lit. (a) di-

ximus, Castruccio pariter hereditario Jure fuit concessus, Ludovicus Imp. Declarantes, ait, & nunc per hoc nostrae Serenitatis indulatum, tibi & predictis Successoribus tuis, ex predicta comitatus dignitate competere, Jus assistendi perpetuo Benedictioni, sacra unctioni & coronationi Successorum nostrorum, Principum Romanorum, & omnibus & singulis ipsis Coronationis solemnitatibus: & praecipue sociandi & deducendi ipsos Romanos Principes, tempore coronationis fienda de eis, ad sacram unctionem de ipsis faciendam, & eosdem Romanos Imperatores, successores nostros tenendi & juvandi in ipsa sacra unctione & actu ipsis, & eadem unctione perfecta, eos reducendi & sociandi ad altare & thalamum, prout & quoties Principes expeditum redire. Item Jus levandi & tenendi Imperiale diadema, de nostro & nostrorum Romanorum Principum capite, tempore, quo Imperialis coronationis solennia celebrantur, & etiam quocunque alio tempore, quoties publice ipsum diadema expeditum elevere, de capite nostro & successorum nostrorum Romanorum Principum reponi.

(d) Cui Sigismundus in Diplomate supra §. X. lit. (f) adducto, concessit nonsolum Jurisdictionem generalem & specialem ac gladii patestatem, merum ac mixtum Imperium, sed & potestatem omnimodam & licentiam generalem collectas & Datus consueta, onera realia & personalia ac mixta, nec non omnes census, redditus, Jura, provenitus, emolumenta, subventiones, conductus, tenonia, pedagia predictorum, civitatum, territoriorum, pertinentiarum ad S. R. Imperium pertinentes, exigendi & recipiendi penas, & multas ratione prævia imponendi, levandi; iudeos, Camera nostra servos, acceptandi, defendendi, & tuendi Jura Casarea, collectas, subventiones & steuras ab ipsis erigendi, in judicio & extra - - - & generaliter omnia ac singula, que ad veros & Legitimos S. R. I. in supradictis civitatibus & pertinentiis, VICARIOS pertinent, ut præmittitur libere, & absque impedimento quolibet faciendum, etiam si qua ex iis Jure vel consuetudine exigerent mandatum magis speciale.

§. XV.

\* (27) \*

§. XV.

Quod ad jura attinet perpetuorum in Italia Vicariatum, sunt equidem, qui SABAUDICUM universalem esse, atque in totam Italianam se extendere existimant; sed adversus investiturarum <sup>(a)</sup> literas, e quibus liquido constat, Vicariatum illum intra certos <sup>(b)</sup> fines esse restrictum, salvis <sup>(c)</sup> terris, quæ MEDIOLANENSI <sup>(d)</sup> & MANTUANO <sup>(e)</sup> Vicariatu fuerunt subjectæ. Quod præterea potestatem spectat Vicariorum Italicorum, cum Jurisdicçio similiaque in literis investiturarum expressa, ex quo Superioritatem territorialem acquisiverunt, proprio Jure ab illis exerceantur, Vicariatum nomine, supremo in Italia Imperio reservata, pariaque cum Vicariis in Germania jura illis <sup>(f)</sup> competere non dubitamus, quemadmodum & Vicariatibus Germanicis eos haud esse subjectos, supra <sup>(g)</sup> censuimus.

(a) De quibus vide supra §. XI.

(b) Etenim FRIDERICUS II. Thomam I. juxta Diploma infra in Append. Dipl. lit. A. Sacri Imperii generalem legatum (Vicarium) in partibus ipsius solum constituit. CAROLUS IV. in suo Diplomate Comiti Subaudia Amandeo VI. A. 1356. concessio, decernimus, ait, ut omnes appellatio-nes, qua a quibuscumque Archi-Episcopis, Eiscopis, Abbatibus, & Pralatis & eorum locum tenentibus, Judicibus secularibus infra terminos ac limites Comitatus Tui Sabaudia constitutis, ad audienciam, & tribunal nostrum Imperiale interponi hactenus conserverunt, & de Jure vel consuetudine interponi deberent, ad Tuam Audienciam deinceps interponantur --- Mandamus agitur prefectis Archi-Episcopis &c. infra prædictos Comitatus Sabaudia terminos, limites & perti-entias constitutis &c. SIGISMUNDUS in Diplomate Budia dato 1412. Te (Ludovicum Comitem Sabaudia) ani-

mo deliberato ---- nostrum & Imperii Sacri Vicarium in o-  
 mnibus & singulis, Civitatibus, Castris, Castellis, Oppidis, Do-  
 minis atque terris, qua & quas possides & tenes in par-  
 tibus Pedemontium, ordinamus &c. MAXIMILIANUS  
 I. in literis suis A. 1503. prohibet, ne Comites Palati-  
 ni aliquam eis datam facultatem penes ipsius Ducis Sa-  
 baudiæ Dominia exequantur. CAROLUS V. in Dipl.  
 A. 1521. Declaramus, ait, in vim preditorum privilegiorum e-  
 undem Carolum Ducem Sabaudiæ, ejusque in posterum in hoc i-  
 psò Ducatus successores masculos legitimos, fuisse, esse nunc & in  
 futurum fore veros Sacri Imperii Vicarios, præsertim in Civi-  
 tatibus, Diœcesibus Lugduni, Matisconi, & Gratia-  
 nopolis, in quantum sub Imperio districtu ac terris ipsius  
 Ducatus Sabaudiæ exdem Diœceses Lugd. Matisc. & Gra-  
 tianop. consistunt, prout & secundum quod in privilegio Caroli  
 IV. & Maximiliani superius insertis continetur, neminique al-  
 teri liceat ipso Vicariatu in dictis terris & limitibus ipsius  
 Ducatus Sabaudiæ uti &c. IDEM Imperator An. 1530. ad-  
 jecit Vicariatu Sabaudico, Episcopatum Burgensem,  
 atque declarantes, ait, insuper Episcopatum  
 Burgensem sub & in Vicariatu Imperiali dicti Ducis  
 comprehendi; ut & alia loca in Dipl. A. 1555. quo prefa-  
 ta, ait, privilegia, indulta, & concessiones perpetui Nostræ &  
 Sacri R. Imperii Vicariatus pro Ducibus Sabaudiæ ampliavimus,  
 auximus in Astensi quoque & in Patria Nicia viginti  
 millien. Glandavens, Vencenque Diœceses &c. Quæ  
 non solum confirmavit, sed & auxit RUDOLPHUS II.  
 qui in Dipl. A. 1588. auximus, inquit, & ad Episcopa-  
 les Albenghe, Albæ & Aquarum Diœceses, quoad  
 Comitatum Jendæ Mentonum, Roccabrunam, Pornas-  
 sium & Dölce Aquam, eorumque pertinentias, a præ-  
 fato Duce Sabaudiæ recens acquista & acquistas,  
 aliaque loca, quæ ipse Dux in Diœcesibus illis possidet,  
 extendimus &c. Imperator denique Ferdinandus II.  
 A. 1632. Vicariatum hunc Sabaudicum extendit ad  
 omnia

- omnia oppida, quæ ex Ducatu Montisferratenſi, vi Pa-  
cis Ratisbonensis A. 1630. Duci Sabaudia tradita fuerunt.
- (c) Neque obstat Titulus *Generalats* in verbis CAPITUL.  
Leopoldi, Josephi Artic. IV. & Caroli VI. Art. XXVI.  
supra §. XIII. lit. (f) adductis. Præterquam enim  
quod voce *Generalats*, sive, ut quidam illam interpre-  
tantur, *Vicariatus Generalis*, Dux Sabaudia non magis  
conſtituatur Vicarius per totam Italiam, quam vel  
Brunorius de la Scala, qui a Sigismundo in *Dipl.*  
§. X. lit. f. vel alii Vicarii particulares eodem titulo  
inſigniti; ITERUS de *Feud. Imp.* c. 6. §. 4. HORNI-  
US I. P. c. 22. §. 15. JOH. FRID. de BERGERI. c. p.  
92. iſto nomine vel prærogativam, minoribus Vica-  
riatibus Italiae, vel qualitatem Belli Ducis ſolum  
inſerri veroſimilius exiſtimant.
- (d) Cujus fines latiſſime atque in Mantuanas, Parmenses,  
Placentinas, aliasque ditiones plures olim ſe exten-  
dunt. vid. *Supra* §. XII. ibique laudatas BÖHMERI *Vin-  
dicias Imperiales pro Parma & Placentia Ducaribus.*
- (e) Cui Mantuanæ & Montisferratenſes ditiones fuerunt sub-  
jectæ, ipſo Duce Mantuano, Carolo III, fatente in Pro-  
teſtatione ſua, de qua vid. *supra* §. XIII. lit (g).
- (f) Vide, qui id pluribus docuerunt, illuſtr. AUCTOREM  
*Medit. ad Capitul. JOSEPHI Artic. IV. & JOH. FRID. de  
BERGER I.c. p.90. & ſeqq.*

### §. XVI.

Vicariatus denique Generalis, quem Auguſtissimus  
Imperator CAROLUS VI. Serenissimo Sabaudiae Princi-  
pi, EUGENIO, nuper concesſit, juxta ejus Tabulas (a) in  
Neapolitanum, Siciliæque Regna pariter ac Ducatum Me-  
diolanensem, ceterasque Hereditarias in Italia ditiones  
Austriacas (c) ſe extendit, & quod Jura ejus ſpectat, eadem,  
qua

qua Caroli V. & Philippi II. Regum Hispaniæ Vicarii in iisdem terris usi fuerunt, potestate est prædictus. Neque, pristini atque amplissimi Vicariatus Mediolanensis jura Serenissimæ Archi-Ducali Domui Austriae adhuc salva & integra esse, dubitamus. Ceterum Deum T. O. M. ut Serenissimum illum Principem ac Fortissimum Heroëm, quam diutissime incoludem præstet, atque in feros annos Summo huic Vicario muneri præesse finiat, ex interiori animi nostri sententia precamur.

(a) Quod vide in *Append. Diplomat. lit. C.*

(b) Quæ Serenissimæ Archi-Ducali Domui Austriae Jure, quod in Monarchiam Hispaniæ post obitum Caroli II. ei competiit, obvenerunt, atque Pace Ultraietina pariter ac Badensi & nupera Viennensi in perpetuum cesserunt.



APPEN-

## APPENDIX DIPLOMATUM.

A

Diploma FRIDERICI II. Imp. quo A. 1249. mense Junio. THOMAM. Comitem Sabaudiae, Vicarium Imperii generalem constituit.

En SAM. GUICHEN. Hist. Geneal. de la Royale  
Maison de Savoie Lib. VI.

FRIDERICUS Dei gratia, Roman. Imperator, semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, Prælati Ecclesiæ, Marchionibus, Comitibus, Vavasoribus, Nobilitatibus, Poststatibus, Confiliis, Communitatibus & Universis per Lombardiam à flumine Lambii superius constitutis, fidelibus suis, gratiam suam & bonam voluntatem. Ad extollenda iustorum præconia, & reprimendas insolentias transgressorum, prospiciens é cœlo Iustitia, erexit in populis regnantium Solia, & diversorum Principum potestates. Caruisset namq; lubenter humana conditio jugo Domini, nec libertatem à se, quam ipsis natura contulerat, homines abdicassent, nisi quia impunita licentia scelerum, in evidentem perniciem humani generis redundabat, & sic ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iustitiam, & servire judicio libertatem: Sed, ne exquiri decuit extrinsecus aliam speciem creaturæ, cui se repræsentata per hominem cœlestis imago subjaceret, dum in redditione census Numismatis imperium præ ceteris figura fastigium præsignivit, sed homo prælatus est homini, ut gratiorem efficeret prælatum. Attendentes igitur, quod ex imperialis officii nostri debito, quod ex cœlesti dispensatione suscepimus, Villicationis nostræ rationem sumus in die disticti judicii reddituri, cum qualitate diversorum negotiorum nostrorum, & imperio per nunnulas & diversas partes Majestatis nostræ præsentiam necessario requirente, in partibus ipsis morari continuo præsentia liter nequeamus, ne Majestatis nostræ præsidio & iustitia caretis, Ecce pro recuperatione ac defensione nostrorum & imperii Jurium & honorum, conservatione boni, & pacifici statutus nostri & viva gverra nostris rebellibus inferenda, de fidelitate, indu-

stria

Atria & strenuitate Thomasi de Sabaudia Comitis, dilecti confangvinei, & fidelis nostri ab experto plenarie confidentes, ipsum nostrum & sacri imperii generalem Legatum in partibus ipsius duximus statuendum, nec cum sola Legati potestate volumus esse contentum, sed ei adjicimus officium Praesidatus, concedentes ei merum & mixtum imperium & gladii potestatem, & ut in facinorosos animadvertere valeat, pugnando commissam sibi provinciam, in eos specialiter, qui stratos et itinera publica censu temerario violare presumunt, criminales, civiles & liberales audiat, & determinet quæstiones, quarum cognitio si nos præsentes essemus, ad nostrum judicium pertinet, puniendos, inquirens & puniens inquisitor, Decreta ubique imponat, quæ in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, secundum iustitiam interponi solent, & ut minoribus & majoribus, quibus universalia jura succurrunt, causa cognita, restitutionis in integrum beneficium largiatur, plenam sibi concedimus potestatem, ad audienciam quoque ipsius appellations deferri volumus, quas a sententiis ordinariorum judicum, ac eorum omnium, qui jurisdictionem ab Imperio naœti sunt, infra regionem ipsam & ejus terminos contigerit interponi, nisi forte vel causa qualitas, vel numerus appellationum hoc adimant appellanti, ut tamen a sententiis suis ad audienciam nostram libere valeat provocari, hortandi quoque judices & notarios, plenam civilem Legato conferimus potestatem, quo circa fidelitati vestra præcipiendo mandamus, quatenus dictum Comitem Legatum & Praesidem nostrum & imperii, ut diximus in regione prefata à nostra maiestate statutum, tamquam præsentia nostra speculum sinceræ devotionis affectibus admittentes, eidem super omnibus & singulis, quæ ad commissum sibi Legationis & Praesidatus officium, ut superius est expressum, pertinere noscuntur, tamquam Majestatem nostræ personæ ad honorem & fidelitatem nostram intendere, obedire, & parere efficaciter debatis, ut devotionem nostram proinde de bono in melius dignis laudum præconiis extollamus. Datum Beneventi Anno Dominicæ incarnationis 1249. mense Junii septima Indictionis.

scilicet

B. Di-

B.

Diploma RUDOLPHI I. Regis Romanorum, quo JOH. de AVES-  
NIS Vicarium Imperii per Thusciam constituit, ex EDMUN-  
DI MAR TENII T. I. Thes. Anceidot. p. 1192.

R UDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augu-  
stus, universis archiepiscopis, episcopis abbatibus, & a-  
liarum ecclesiarum prælatis, principibus, nobilibus, co-  
mitibus, civitatibus, communitatibus, universitatibus, oppi-  
dis, castris, & villis & personis singularibus quibuscunque,  
in partibus Tusciae constitutis, gratiam suam & omne bonum.

Commissiones seu procurations quasculque honorabili  
viro Rudolpho, Eleæto Saltzburgensis ecclesiæ, Imperialis au-  
lia cancellario, in bonis, possessionibus, redditibus, proventi-  
bus, civitatibus, castris, munitionibus, jurisdictionibus, nec  
non in aliis in quibus mandatum requiritur speciale, de ter-  
ra Tusciae per nos factis, in omnibus suis articulis expressi-  
us revocantes, ad notitiam vestram cupimus pervenire: quod  
nos spectabilem virum JOHANNEM de AVESNIS Comitem  
Haynnoniam, fidelem & Familiarem nostrum dilectum, consti-  
tuimus, facimus & ordinamus, nostrum & Romani imperii  
in partibus Tusciae Vicarium generalem, & insuper Procurato-  
rem & nuntium nostrum ad exigendum, petendum & recipien-  
dum nostro & ejusdem Imperii nomine fidelitatis, homagii,  
& servitii nobis debiti sacramenta, à quibuscunque personis,  
vel locis, nobis in eisdem partibus Tusciae eadem debeantur,  
& ad petenda & recipienda bona, possessiones, redditus, pro-  
ventus, Civitates, castra, munitiones, jurisdictiones, & jura  
quocunque nomine censeantur in eisdem partibus Tusciae per-  
tinentia ad nos, & imperium supra dictum; & ad ordinandum  
& disponendum de ipsis quicquid sibi videbitur expedire, &  
judices, & officiales constituentium in negotiis & causis qui-  
buscunque, sicut nos ipsi eodem confituisse possemus, si  
Præsentes essemus, & ad statuendum, tractandum, & facien-  
dum in prædictis partibus Tusciae, omnia & singula, quæ ve-  
rus & legitimus vicarius, procurator & nuntius, plenum man-

E

datum

datum & liberam administrandi potestatem habens à nobis, facere potest & debet, de conservudine vel de jure, in illis etiam casibus, in quibus mandatum requiritur speciale. Sententias etiam, bona, pœnas & mulætas, tam in causis criminalibus, quam pecuniariis, & aliis quibuscumque, quas idem, vel constituti ab eo judices, officiales vel executores tulerint, imposuerint, vel exegerint, ratas habebimus, & faciemus, domino concedente, inviolabiliter observari. Damus præterea prædicto Comiti plenam & liberam potestatem, & speciale mandatum rebelles & indevotos, si quos (quod avertat altissimus) in partibus Tusciae repererit, qualisunque conditiovis extiterit, privandi feodis, castris, terris, gratius, libertatibus, distritibus, privilegiis, juribus, & jurisdictionibus quibuscumque, quos, quas vel quæ idem tenere ab imperio digoscentur. Nos quoq; gratum, ratum, & acceptum habebimus, quicquid per dictum Vicarium, Procuratorem & nuntium nostrum actum & gestum, statutum, judicatum, & ordinatum fuerit in præmissis, & circa præmissa, vel qualibet præmissorum.

In cuius rei testimonium, præsentes literas fieri, & pendente sigillo nostræ regia majestatis, in evidens testimonium præcepimus communiri.

Datum Friburgi Kal. Maji, Indictione XII. anno Domini MCCLXXXIV, Regni vero nostri anno XI.

C.

Diploma, quo Augustissimus Imperator CAROLUS VI. Serenissimum Principem Sabaudie, EUGENIUM, Vicarium Generalem Ditionum Austriacarum in Italia A. MDCCXXV.  
XIV. Aprilis constituit; ex FAM. EUROP.  
P. CCLXXXIV.

Carlo der VI. von Österreich erwehlster Römischer Kaiser / zu allen Zeiten Meher des Reichs / in Germanien / zu Estfilien &c. König &c. &c. Thun kund und zu wissen in Kraft dieses Gedermäßiglich daß Unser Vetter / der Edelste / nicht allein um Uns und Unser Durchlauchtiges Haupf / sondern um die ganze allgemeine Christenheit vorrefflich und

und herrlich verdiente Prinz Eugenius von Savoien und Piemont/ Ritter  
des guldnen Blieses / Unser geheinder-Rath / Unser höchsten Kämpfer.  
Hoff-Kriegs-Raths Präident / Unser General-Lieutenant/ und des Heil.  
Röm. Reichs Oberster Feld-Marschall / Uns ohnlängst ein neues und sehr  
starkes Zeugniss seiner sonderbahren Moderation und Grossmuthigkeit  
wie nicht weniger der an Ihm jederzeit hervor geleuchteten / verwunder-  
samen und fast unglaublichen Besessenheit dem gemeinen Besten zu  
helfsen und selbiges zu befördern / an den Tag gelegt hat; Als wel-  
cher / da er in denen Niederlanden / wie es die Regierung selbiger Pro-  
vinzen zu erfordern schiene / nicht ressire konne / wegen gegenwärtiger  
der Sachen und zeiten Beschaffenheit / welche keines weg es wil daß  
er igo von unserm Hoff und aus unsern Augen ohne die allerwich-  
tigste und pressansten Ursachen sich entfernen könne / das von Uns  
Ihme in denen vorigen Jahren aufgetragene ansehnlichste Gouverne-  
ment derer Niederlande in Unsere Hände von sich selbst und freywil-  
lig niedergzulegen / zu resignieren und abzutreten sich entschlossen / so daß  
ob wir schon keine Art der Vermahnung unterlassen / um Denselben  
von der gefassten Meinung abzubringen / und die Ursachen / womit  
er seine Sache vertheidigte / zu verwerffen / Er nichts destoweniger in  
seinem Vorhaben fest und dergestalt bey dem ihm vorgenommenen  
Entschluß verharret / bis Er mit vielen Bitten und flehen endlichen  
unsere Genehmigung und unsern Wohlgefallen darüber erhalten  
hat. Dannenhero / weilen in unserem Gemüthe eingepräget sind die  
grossen Verdienste des vorerwähnten Edelsten Prinzen Eugenii von  
Savoien und Piemont / welcher wegen seiner hohen Ankunfft / und  
Unserm Durchlauchtigsten Herrn Vater und Bruder / Leopoldo und  
Josepho Röm: Känsen (Gottseligster Gedächtniß) in sehr vielen  
Kriegen / und in denen höchsten Chargen öfters beweirten Tapferkeit/  
und endlich so vieler Herrlichen und unvergleichlichen / und durch des-  
sen alleinigen fürtreichen Rath / und fast mit dessen alleiniger tapf-  
ersten / von Gott auserlesenen Haust / zu grösserer Glorie Unsers  
Österreichischen Hauses / auch zu glückseligerm Wachsthum der Ca-  
tholischen Religion / erworbenen Siegen / Unser Gemüthe sich schon vor-  
längst recht wunderbarlich verbunden / so haben wir deswegen beschlos-  
sen Ihn zu nennen und zusezen / wie Wir Ihn auch Kraft dieses  
ernennen und setzen zu Unserm General-Bicario in allen Königrei-  
chen

chen / Staaten und Landeshaften / welche wir in Italien besitzen / mit allen und jeden denjenigen Hoheiten / Vorzügen / Gewalt / Jurisdictionen und Macht / mit welchen diese ansehnlichste Würde von dem Kaiser Carolo V. und seinem Sohn Philippo II. Könige in Spanien / Unsern Vorfahren Glorwürdigsten Gedächtniß / in denen zurückgelegten Zeiten eingesetzt und überlassen worden ist / daß nehmlich / wenn vorgenanpter Prinz von Savoyen und Piemont in Italien gewöntlich seyn wird / Er eben dieselben Aemter / eben dieselben Charakteren / und eben dieselbe Verwaltung exercise / wollende und ausdrücklich verordnende / daß dieser Prinz von dem 28. Novembr. nächst abgelaufenen Jahres an / als an welchem Tage Er mit einem so grossem Amt von Uns versehen und begabt worden / zu einer jährlichen Besoldung 140000 fl. Deutscher Münze / zu genießen und zu empfangen haben solle / deren helfste von Unserer Königl. SchatzCammer des disseitigen Siciliens / die andere helfste aber zu gleichen Theilen von Unsern Königlichen Cammern des jenseitigen Siciliens / und des Manlandischen Staats / Ihme viertel Jahrweis / und zwar in eben denselben Grad / Ort und Verzeichniß / wo die Unsern Vice-Königen des disz- und jenseitigen Siciliens / und Unserm Gouverneur von Manland reichende Besoldungen gesetzt sind / entrichtet und gezahlet werden soll. Alldieweilen aber Unsere Dienste keinesweges leiden / daß der obgedachte Prinz von Unsern Hofe sich wegbegebe / und von Uns entfernet sei / da entweder die Kriegs-Bewegungen / oder jegliche andere dringende Ursachen Unsers Diensts / dessen Übergang in die Italiänischen Länder / um die gemeinsame Einigkeit und Ruhe in gedachten unsern Gebietthen entweder zu errichten oder zu erhalten / nicht entrathen: Als wollen und befehlen Wir / daß oben benannte Ihme / statt Zährlicher Besoldung / zugeignete Summe der 140000 fl. an einen an diesem Unserm Kaiserl. Hof wohnenden Kaufmann / von guter und beständiger Treu und Glauben / zu rechter Zeit / und ohne den geringsten Abbruch / übermacht werde / und gebiehen denen Edlen / Unsern Vice-Königen so wohl des jen- als disseitigen Siciliens / und Unserm Gouverneur von Manland / wie auch allen und jedem übrigen Personen / welche es angehet / daß sie / wo der oft gemeldte Prinz von Savoyen und Piemont / um die Funktionen solchen großen Amtes zu verwalten / Sich / auf Unsern Befehl / nach Italien erheben wird / Ihn als Unsern General-Bicarium aufzurichten / achten / halten / ästimmen / ehren und veneriren / und alle dieses Prinzen Befehle durchgehends erfüllen

len und vollziehen / auch selbige durch jedweden ihrer Subalternen zur Erfüll- und Vollstreckung bringen lassen. Zu welchem Ende wir Ihm/ dem Prinzen/ geben und verleihen eben dasjenige Ansehen und Gewalt/ und eben diejenigen Prärogative und Freyheiten/ welche die genossen haben so von besagtem Unsern Vorfahren/ dem Kaiser und Könige Carolo V. und Philipo II. Glori. Andentens/ zu Verwaltung dieses ansehnlichsten Amts erwehler und ernannt worden. Damit aber alles oberwehnte beobachtet und erfüllt werde/ so oft der mehr benannte Prinz von Savoyen und Piemont Sich (wie obgedacht) in Italien begeben wird/ so befehlen und gebieren Wir/ das dis Unser Kaiserliche Diploma da selbst in denen Städten/ wo es von nöthen seyn wird/ reservirt und ausgezeichnet werde/ und declariren leglichen/ das der dictbesagte Prinz/ ratione gegenwärtigen Tituls/ oder der vorerwähnten Ihm ertheilten jährlichen Bestallung/ zu keinem Zure gehalten seyn solles massen Wir Ihm von aller derselben Bezahlung/ zu mehrerer Bezeugung Unserer Dankbarkeit/ gänzlichen befreien/ und durchaus für frey und exempt erklären. Zu dessen zeugniß haben Wir dis mit Unserer eigenen Hand unterschrieben/ und mit Anhängung Unseres zu denen Italiäischen Ländern gehörigen grossen Siegels bekräftiget ausfertigen lassen. Gegeben Wien den 14. April/ im Jahr nach unsers Herrn Geburt 1725. Unsers Röm. Reichs im 14. Unserer Königreiche aber/ nehmlich des Castilischen und Arragonischen im 21. des Hungar- und Böhemicchen im 14.

## COROLLARIA.

- G**ermania nostra multidine legum laborat.  
2. Diffusa Adoptionis materia ex Jure Civ. Rom. commode carere possumus.  
3. Bibliotheca jure non reputatur pro re immobili, quamvis hypotheca in illa posit constitui.  
4. Status naturalis manet quoque in Societate civili.  
5. Mare potest occupari, usu tamen ejus manente communi.  
6. Innoxia utilitas & necessitas summa nemini jus dant in alterius res.  
7. Emissori res emta ante traditionem perit, et si naturaliter ejus dominus nondum factus fuerit.  
8. Usurae etiam ultra alterum tantum jure naturæ sunt licita.  
9. Vana est disputatio, quis prævaleat Regi publ. status, utrum Monarchia, Aristocracia, an Democracya.  
10. Vitia quæ nondum eruperunt in actum externum, Legibus Principiis non obsunt.  
11. Parentes Jure Nat. liberis, nedum educatis, legitimam relinquerre non obligantur.

**Q**uod Generosa Tuæ Stirpis sis docta propago,  
Hocce laboris opus sufficienter aget.  
Imperii volvis, quæ Jura VICARIUS aptet,  
EUGENIUS, quem nunc Itala terra colit.  
Armis sat fulsit, Leges tueatur in orbe,  
Ut fint Magnanimi, plena Trophaea, Viri,  
Gratulor exactis studiis, precorque fidelis,  
Fac foveas Servum semper amore Tuum.

Hac Generosissimo Dr. Respondenti, Amico suo,  
intime colendo gratulabundus  
apposuit

**JOHANNES SAMUEL Baumgarth/**  
**Grünberg-a-Sil. LL. C.**

154562

ULB Halle  
005 372 046

3



R





47  
20

DISSERTATIO  
HISTORICA ET JURISPUBLICI  
*DE*  
**VICARISS.R. IMPERII  
IN ITALIA,**  
*Quam*  
DEO propitio  
P R A E S I D E  
*VIRO CLARISSIMO*  
**JUSTO CHRISTOPHORO  
DITHMARO,**  
HIST. & POLIT. P. P. O.  
IN AUDITORIO MAJORI  
horis solitis  
*die VI. Octobris Anno M DCC XXV.*  
ventilandam proponit  
*AUCTOR*  
**CAROLUS JEREMIAS  
de SONNENTAGEN,**  
Eques Silesius.

---

*FRANCOFURTI ad VIADRUM,*  
Typis Jo. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

17.

